

## Band VI., Nr. 2021, Seite 412

*Ritter Albert von Werenwag entsagt gegen eine Summe von 10 Mark allen Ansprüchen an die von der Witwe des Bürgers Werdelin von Rottweil an das Kloster Kirchberg übergebenen Güter, sowie an den Hof des Klosters in Balgingen.*

Ohne Ortsangabe, 1268. Juli 21.

Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Albertus miles de Werbenwäg salutem et notitiam subscriptorum. Noverint universi presentium inspectores, quod ego Albertus miles de Werbenwäg omne ius inpetitionis seu actionis, quod habui vel habere potui contra monasterium dilectarum in domino priorisse et conventus de Kilchperg super possessionibus seu testamento relicte quondam Werdelini, civis in Rotwil, ad idem monasterium quocunque pacto devolutis, resigno libere et absolute. Insuper et curiam earundem priorisse et conventus sitam in Balgingen et omnes possessiones ipsarum liberas esse censeo nomine meo et omnium heredum meorum, et hoc publice protestor litteras per presentes. Dicte vero priorissa et conventus decem marcas argenti mihi dabunt et sic omnis actio mea contra ipsas penitus est sopita. Ut autem hec premissa robur obtineant perpetue firmitatis, hanc paginam dicto monasterio tradidi sigillo domini Alberti comitis de Hohenberg fideliter roboratam. <br> <br> Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVIII<sup>o</sup>., in vigilia sancte Marie Magdalene. Testes vero huic compositioni presentes sunt: dominus Albertus comes de Hohenberg, Albertus advocatus de Wellehusen et filius eius, Hainricus miles, Steinmarus de Útingen et frater<sup>a</sup> eius Fridricus, Conradus dictus Lamp de Tettingen, Reinherus de Wytingen, Hainricus de Búrron<sup>1</sup>, Wernherus de Hatterbach, Petrus de Tettingen, Hugo de Werbenwäg, milites, scultetus de Haygerloch, Manegoldus et Burkardus cives dicti Wirsellini et alii quam plures cives et milites fide digni.

—

Nach dem Kopialbuch des Klosters Kirchberg über die Orte *dishalb Neckers* aus dem 16. Jahrhundert, fol. C.

<sup>a</sup>In der Vorlage verschrieben: *fratus* d.h. *frat* mit Abkürzungszeichen für *us*.

<sup>1</sup>Das abgeg. Beuren, Vöhringen, RW, eher als das früher angenommene Beuren, Simmersfeld, CW, vgl. Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte 1 (1878) - 13 (1890/91); N.F. 1 (1892) - 42 (1936) NF 6 (1895), 426ff.

## Überlieferung und Publikationen

### Überlieferung und Textkritik:

War im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 160, fol. 100.

### Editionen:

Schmid: Monumenta Hohenbergica, S. 31.

### Regesten:

UB Rottweil, S. 7, Nr. 31.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

### Ortsindex:

Balingen Wohnplatz (16253)<br> Balingen, BL<br> Beuren Wohnplatz (6914)<br> Beuren Wüstung (26077)<br> Beuren, Simmersfeld, CW<br> Beuren, Vöhringen, RW, W<br> Dettingen Wohnplatz (16164)<br> Dettingen, Rottenburg am Neckar, Tü<br> Eutingen im Gäu FDS<br> Eutingen im Gäu Gemeinde (7398)<br> Haigerloch Wohnplatz (16384)<br> Haigerloch, BL<br> Haiterbach Wohnplatz (6822)<br> Haiterbach, CW<br> Hohenberg Wüstung (26307)<br> Hohenberg, Schömberg, BL, W<br> Kirchberg Wohnplatz (12729)<br> Kirchberg, Sulz am Neckar, RW<br> Rottweil Wohnplatz (12416)<br> Rottweil, RW<br> Schloss Werenwag : Hausen im Tal, Beuron SIG<br> Schloss Werenwag Wohnplatz (21048)<br> Weitingen Wohnplatz (7408)<br> Weitingen, Eutingen im Gäu, FDS<br> Wöllhausen Aufgegangen (22913)<br> Wöllhausen, aufgegeg. in Ebhausen CW